Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8295
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



[illegible] malorum spuuum tutelam benignus largitor
[illegible] animarum corporumque resurrectionem coadu
[illegible] accedente beatitudinem sempiternam
[illegible] Alia oratio Domine deus pater et
[illegible] gloriae lux et honor sapientiae custos et uigor pru
dentiae salus egrotantium ualitudo potentium mestorum
solamen uita iustorum gloria humilium te flagitamus ut
hoc sanctorum tuorum cymiterium ab omni spurcitie inqui
namento spuuum inmundorum custodire mundare
benedicereque digneris atque corporibus humanis huic loco ad
uenientibus sinceritatem perpetuam tribuere non desinas et
quicumque sacramenti baptismum receperint et in fide katho
lica usque ad uite terminum perseuerantes fuerint
atque decurso huius eius termino corpora sua in hoc cymi
terio requiei commendauerint angelicis tubis concre
pantibus materiam corporis et anime unita premia
celestium gaudiorum sempiterna percipiant. per dominum.

Abluo firmo cibo piget ungens ordinat uxor

Abluo firmo cibo piget uxor (falsus ut) ordinat ungit.
Abluo i. est baptiso firmo i. confirmacio cibo corpus xpi piget
penitenciam uxor matrimonium ordinat ordo. qui tantum est
clericorum ungit unctio extrema que necessaria est omnibus
ad ultimum presens exilium exeuntibus.